

Praxis duplex in questione principali procedendi contra religiosos pro debitis civilibus per ordinarium iudicem Ecclesiasticum.

QVÆSTIO X.

In eisdem ll. 1. & 2. tit. 8. lib. 1.

An religiosi possint conveniri pro debitis civilibus coram iudice ordinario Ecclesiastico?

VERO circa eandem ll. 1. an saltem huiusmodi loca singularia & similia, que iuxta Concil. Tridentinum Conservatorem eligere possunt virtute suorum privilegiorum ac literarum Apostolicarum, à sede Apostolica concessarum in causis, in quibus earum personarum rei sunt quia contra eos ex causa civili aliquid petitur ab alijs, possunt declinare iurisdictionem iudicis ordinarij loci, conservatoremque eligere, vel iam electo uti, vt coram illo conveniantur, non vero coram Ecclesiastico ordinario, quinimo ei inhibere possunt per suum iudicem conservatorem, nec ne? Et videtur primo, quod non, eisdem prope rationibus quibus supra in questione proxime præcedenti resolvimus, alios conveniri non posse ex causa civili coram suis conservatoribus: Igitur nec conveniri ipsi debent coram eisdem. Secundo, quia iura, vt vidimus, tantum concedunt conservatoribus, vt defendere possint conservandos ab iniurijs & violentijs manifestis & notorijs, non vero in alijs causis nec rebus, etiamsi commissio eorum plenior sit; non enim possunt procedere, vbi iudicialis indago requiritur: sed causa civilis appellari non potest iniuria vel violentia manifesta; imo in ea iudicialis indago requiritur, ad quam ipsi iudices conservatores suam potestatem extendere non valent, vt in d. c. de officio delegati in fine. Ergo in causis civilibus etiam tanquam rei suis conservatoris vii non poterunt.

Nihilominus tamen in hac specie diversum censemus, quam in præcedenti, sequentibus iuris rationibus. Primo, quia cum actor sequi debeat forum rei, iuxta iuris regulas, & huiusmodi religiosi sint rei, habeantque à sede Apostolica iudicem conservatorem deputatum, quem elegerunt in causis ipsorum, qui eos defendat ac manuteneat, consequens videtur, vt coram eo conveniendi sint ex quacumque causa, quia is est suus proprius iudex, cuius ratione exempti sunt in hoc à iudice ordinario, & ideo sæpe ac sæpius à iure & sacro Concil. Trident. appellatur exempti.

Secundo, quia quando huiusmodi religiosi sunt rei, satis manifesta iniuria eis fieri videtur, si coram alio iudice quam suo conveniantur, vt patet ex prædictis, neque enim vlla indagatio iudicialis tanquam de re dubia requiritur, quandoquidem suum proprium habent iudicem, & coram alio diverso conveniuntur.

Tertio, denique & præemptorie ex c. 14. de reformat. sessio. 7. sacri Concilij Tridentini, cuius hæc sunt verba: In exemptorum causis constitutio Innocentij IV. quæ incipit: Volentes (estque textus in c. 1. de privileg. in 6.) in generali Concilio Lugdunensi edita servetur: quam eadem facta sancta Synodus in novandam censuit: addendo insuper, quod in civilibus causis mercedum & miserabilium personarum clerici sæculares aut regulares extra mo-

nasterium degentes, quomodo libet exempti, etiam si certum iudicem à sede Apostolica deputatum in partibus habeant: In alijs vero (nunc ad rem) si ipsi iudicem non habuerint, coram locorum ordinarijs, tanquam in hoc ab ipsa sede delegatis conveniri & iure medio ad solvendum debitum cogi & compelli possint: privilegij & exemptionibus conservatorum, deputationibus & eorum inhibitionibus adversus præmissa nequaquam valentur.

Eccè ergo textum expressum in illis verbis: Si ipsi iudicem non habuerint, vbi extra causas civiles mercedum & miserabilium personarum, in questionibus coram ordinarijs locorum huiusmodi religiosi exempti conveniri & ad solvendum debitum compelli possunt, etiam si certum iudicem à sede Apostolica deputatum habeant, non obstantibus eius deputatione & inhibitione; in alijs autem tunc demum coram ordinarijs locorum conveniri pro debito, & ad id solvendum iure medio compelli possunt, si ipsi iudicem non habuerint & sic conditionaliter: ergo si eum habuerint coram ordinario in causis civilibus, veluti pro debito solvendo conveniri non possunt, sed coram suo iudice conservatore, à contrario sensu evideret deducto à litera illius cap. quod fortissimum est in iure & ex mente dispositionis, vt in l. 1. §. huius rei. ff. de officio eius, cui mandat. est iuris. Si enim hoc noller sacrum Concilium, minime adiceret verba illa: Si ipsi iudicem non habuerint; nec distingueret inter causas mercedum & miserabilium personarum, & alias ab ipsis diversitas, sed indistincte & pure præciperet atque statueret, in omnibus causis civilibus prædictos religiosos esse conveniendos coram ordinarijs locorum. Non igitur otiose verba præfata in decisione adiecta fuerunt: sed vt diversum ius esse indicaret inter utrasque causas. Vnumquodque enim verbum non debet censeri appositum sine virtute aliquid operandi, nisi quando, ff. de leg. 1. Quod procedit etiam in verbo, vel minima, iuxta dictum aureum Baldi, in Rubr. C. de contr. empt. §. 9. quem sequitur alios allegans Bec. conf. 2. 1. n. 25.

Est igitur ibi textus expressus pro hac secunda parte & veriori, ex quo limitatio ad eam assignatur, in causis nempe mercedum & miserabilium personarum, in questionibus clericis, sæculares aut regulares extra monasterium detegentes coram ordinarijs locorum conveniri, ac iure medio ad solvendum debitum cogi & compelli optimo iure possunt, ne pro huiusmodi debitis cogantur coram iudice conservatore litigare, ac sumptibus & temporis dilatione fatigari; quod etiam excipit sacrum Concilium post session. 14. c. 5. de reformat. ibi, In causis vero mercedum & miserabilium personarum huius S. Synodi super hoc decretum in suo robore permaneat, hoc est d. c. 14. sess. 7.

Praxis igitur (retenta pro veriori nostra præfata secunda opinione) erit duplex in proposito. Prima, vt produceretur libellus actionis coram ordinario loci contra huiusmodi religiosos exemptos, pro re vel quantitate debita extra causas mercedum & miserabilium personarum, & ordinarius præcipiet statim intimari eisdem, vt intra certum breuem tamen terminum, quem assignabis eisdem, eligant, vel electum & acceptatum iudicem ostendant, coram quo lis præfata agitur: talio qui eisdem libellus iniurietur, & intra eandem terminum directe respondeant sub excommunicationis pœna; quod si illum elegerint vel electum eum accepta

acceptatione huiusmodi demonstraverint in prædictum terminum, tunc temporis ad eum causa remittenda erit ordinario; si minus, de ea ipse cognoscat. Secunda praxis est, vt ordinarius producto libello iubeat ipsum reus intimari & quod tertio die respondeant, quod si ipsi comparerent cum electione sui iudicis conservatoris, & petant ad ipsum causam remitti; tunc prævio breui huius articuli examine, ad ipsum causam remittenda erit, nisi aliud iudicem obstat, alias à suo conservatore ordinarius excommunicari poterit, quod si religiosi hoc non opposuerint, ordinarius in causa iuxta iuris formam procedet.

Ad fundamenta pro contraria parte adducta respondemus, ipsa non ob stare, tum ex prædictis pro hac secunda, tum etiam, quia diversa ratio est, vt patet, quoties ipsi religiosi sunt rei; ideo merito, vt diversum ius inter utrumque casum statuatur: & cum habeantur text. expressus sacri Concilij Trident. pro nostra sententia, non potest videri amplius debitandum de hac quæst. iuxta gl. in l. ancille, verb. quæst. C. de furtis, in ult. suo tex. ibi: Nulla iuris quæstio est. Inquit namque gloss. ibi: Sed dubitabilis, quia casus legis; quam gloss. alios allegans sequitur l. conf. §. 3. n. 9. in fin.

SVMMARIVM.

- 1. Capellanus iuris patronatus ad nutum patroni in vim fundationis ab ordinario Episcopo approbato nominatus, an ad nutum eiusdem revocari possit, & per totam quæst. pars affirmativa eligatur atque probatur. n. 18. cum seqq.
2. Officialis creatus ad beneplacitum, censetur perpetuus.
3. Officialis ad libitum creatus, sine causa immutari non potest.
4. Officialis Episcopi ad suum beneplacitum constitutus, sine causa amoveri ab officio non valet.
5. Tabelliones à domino creati ad suum beneplacitum, sine causa amoveri non possunt.
6. Princeps in Francia non solet tollere officia, que semel dedit extra mortem, renunciationem vel delictum.
7. Iudices in dubio intelliguntur perpetui, quando simpliciter eis conceditur officium, &c.
8. Locum tenens correctoris, non potest ab ipso sine causa revocari.
9. Vicarius Episcopi confirmatus à Papa, non potest per Episcopum revocari.
10. Los officios de la casa del Rey, y corte, y chancillerias, y los officios de las ciudades, villas, y lugares, que fueren dados por vida, no vacan por finamiento del Rey, &c.
11. Omnia officia Regia curie non vacant morte Principis, nec ad vitam officialium concessa.
12. Iudices habentes iurisdictionem ordinariam, durant usque ad advenum successorum.
13. Officia concessa ad certos annos, durant usque ad illud tempus.
14. Officia constitutorum ad universitatem causarum, non expirant morte concedentis.
15. Institutores à Rege deputati ad negotiationes vel actus universales, non expirant eius morte.
16. Officia perpetua, que venduntur vel per renunciationem conferuntur, non expirant morte concedentis.
17. Lex 20. tit. 1. §. 2. intelligitur, ne obstat supradictis.
18. Gratia Summi Pontificis ad obtinenda beneficia usque ad eius beneplacitum, expirat morte ipsius.

- 20. Voluntas per morem finitur.
21. Habens facultatem servienti per substitutum in officio tabellionatus, potest eum semel postquam revocare ad libitum, etiam si sit postus & approbatus in consilio Regio, aliumque nominare.
22. Procurator etiam licet contestatus, revocari potest cum clausula, salvo honore, &c.
23. Mandatum factum cum pacto de non revocando, revocari potest, & precarium etiam cum detrimento alterius, licet causa revocandi non adesset, dummodo dolus absit, maximumque incommodum ex revocatione non proveniat.
24. In gratijs licet primo facta servanda sit, hoc tamen fallit, si illa revocabilis sit ad nutum concedentis, quia revocatur prebendo eam alteri.
25. Consuetudo aliter precedentis observantiam & interpretationem respiciens, sufficit, etiamsi non sit longi sed modici temporis.
26. Capellanus in casu questionis principalis, an semel tantum vel pluries revocari possit.
27. Etiam in penalibus, stante clausula, toties quoties, habet locum reiteratio & exaltio pœna.
28. Sermo simpliciter prolatus ultra primam vicem, intelligitur quando hoc constat ex mente disponentis.
29. Idem etiam, quando dispositio induitur per modum privilegij, intellecta de prima vice, esset temporalis.

QVÆSTIO XI.

In legem 2. tit. 3. lib. 2. nov. collect. Reg.

Capellanus ad nutum patroni nominatus in vim fundationis ab Episcopo approbata, an etiam ad nutum eiusdem patroni revocari possit?

VERO circa hanc legem decidendum: Que officia Regia darent, & que vacent morte Regis ibi: Per el tiempo que los puegan y deven tener, &c. Quid est erit dicendum in capella nostra expresse fundata, vt non sit collatiua, sed amovibilis ad nutum patroni cum consensu Episcopi ordinarij loci, qui prædictam fundationem approbavit cum prædicta conditione, & postea tribus sententijs conformibus in contradictorio iudicio latis fuit iustum, vt prædicta fundatio observaretur: patronus ad nutum suum, absque aliqua iusta causa possit amovere capellanum semel ad nutum proitum & nominatum, aliumque eius loco subrogare vel nominare, provt fecit: an vero ordinarius loci Ecclesiasticus iuste poterit destitutum tueri in sua possessione sine causa cognitione, præcipiendo sub excommunicationis pœna, ne aliquis eum impediat aut perturbet in servitio dictæ capellanæ, non obstante amotione prædicta à patrono facta, & quod secundo nominatus à patrono non admittatur, neque in servitio dictæ capellanæ se intromittat, provt iussit & præcepit dictus ordinarius: Super qua quæstione in facti contingentia sui consultus.

Et in primis videtur, prædictum capellanum non potuisse amoveri à patrono sine iusta causa in iudicio probata, ac proinde de facto amotum, iuste fuisse tuitum in sua possessione per ordinarium Ecclesiasticum: quia officialis creatus ad beneplacitum, censetur perpetuus; idemque de eo iudicandum est, quod de perpetuo, & ideo de iure revocari non potest, argum. l. iuris peritus, in princip. ff. de excusat. tut. & ibi Bald. & Ludovic. Bologn. quod

nendum est, triplicem esse singularitatem testium
I. est obstativa. II. diversificativa. III. cumulativa
aut admiuniculativa. Singularitas obstativa dicitur,
quando insurgit repugnancia aut contrarietas
in unico actu, de quo tantum probando agitur,
prout contigit in testibus Sufannæ; nam de
unico tantum crimine adulterij Sufanna ipsa argue-
batur, quia senes illi testes non dicebant plu-
res Sufannam in adulterio vidisse, sed semel tan-
tum, & nihilominus quia variabant in loco; vnus
enim dicebat sub pinu, alter vero sub schino, id-
circo obstantia & contrarietas inter ipsos indu-
cebatur, ex qua singularitas nihil probat, cum tes-
tes dicantur contrarij, imo ipsi in crimine falsi
incidisse dicuntur: ideoque fuerunt puniti de fal-
so; Daniel c. 13. & tradit Boss. in sua pract. crim. in tit.
de falsis. n. 23.

7 Singularitas & diversificativa dicitur, ex qua in-
ducitur diversitas rei & effectus in substantia; ve-
luti quando actor dicit mutasse decem, & testes
super hoc inducit, quorum aliqui dicunt vidisse
mutare decem mense Augusti: alij vero mense
Septembris: isti testes dicuntur singulares loco &
tempore; non tamen dicuntur contrarij: & ideo
non probant nec coniunguntur ad faciendam ple-
nam nec si plenam probationem.

Singularitas vero cumulativa aut admiunicula-
tiva dicitur, quando ex ipsis singularibus testibus
nulla resultat repugnancia, obstantia seu diversitas
factorum, sed imo omnes super ipso facto princi-
pali concordant, & ad eundem finem tendunt ad
probandum & coadiuvandum actoris intentionem
super eo, quod per ipsum actorem petitum
fuit, licet in loco aut tempore diversis reperiantur:
& tunc coniunguntur ad plenam probationem
faciendam. Hanc distinctionem & doctrinam late
& optime probavit Aymon Crauet. conf. 267. n. 3.
cum sequentibus, & iterum in tractat. de antiq. temp.
in 4. part. princ. in argumento, testium triplex singulari-
tas in cap. incip. Sed enim fol. 89 in princ. in parv. n. 1.
cum sequentibus. & novissime Ioseph. Ludovic. decif.
Pernf. 9. n. 10. cum sequentibus.

His sic præhabitis, ex d. 3. membro distinctionis
deducitur in proposito, quod testes deponentes
de diversis confessionibus debiti, plene probant.

Secundo, hæc eadem opinio comprobatur etiam
ex alia communi sententia, quam refert Crauet.
ubi supra dicto tract. & cap. num. 9. in vers. addu-
citur conclusio una communis, quæ t. habet, quod
sufficit testes convenire in vnum & eundem rei
finem, licet in alijs discrepent, vt late ibi probat
plures auctores citans. Ex quo inferit ibi n. 11. eam-
dem rationem, quod testes singulares sufficientes
ad probandum quid in genere, nempe hæresin,
iurisdictionem, vsuram, possessionem, famam
& similia: genus enim constat & perficitur ex
pluribus speciebus & particularibus: ideo licet
testes deponent de diversis actibus, tamen quia
tales actus tendunt ad eundem finem & ad proba-
tionem illius generis, non repelluntur tanquam
singulares, secundum plures Doctores, quos ibi
naucupatim ad hoc allegat: & gloss. in l. ob car-
men. §. fin. ff. de testib. quibus & adde Paulum de
Castr. in fraternitate probanda loquentem, conf. 151.
num. 1. in 1. part. conf. & eadem est magis commu-
nis opinio, secundum eundem Crauet. confil. 73.
n. 34. & dict. conf. 267. n. 4. ubi verioriem & magis
communem eam appellat, & eam probat etiam in
n. 5. & Decius plures allegans conf. 650. num. 11. &

14 in dict. admonendi, num. 212. ibi: Videtur ergo.
Eandem sequitur communem, & magis commu-
nem esse affirmat plures referens & bene declara-
rans Antonius Gabriel d. lib. 1. de testibus, concl. 2.
n. 18. & 20. cum seqq. Idem testatur eam sequitur
plures referens Franciscus Viuius lib. 18. commun.
opin. vers. testes singulares pag. 393. in prioribus, &
Emanuel Soares in suo thesaur. recept. sent. lib. 1. com-
mun. opin. pag. 568. col. 2. vers. testes singulares, circa fi-
nem, & loquens in furore probando in genere
idem cum alijs bene declarans tener Mascard. de
probatio. som. conclus. 817. n. 7. cum seqq. & loquens
in hæresi idem concl. 856. n. 1. & latissime eandem
probat plurimos citans Hippolyt. Riminal. lun.
conf. 7. n. 27. cum seqq. lib. 1.

Rursus & tertio, quia t. quando plures actus
10 habent vnam originem & vnam causam, illa ori-
go probatur per testes singulares respectu actuum
sed ubi actus sunt separati, nec apparet, quod ha-
beant eandem originem, in probatione talium a-
ctuum non sufficientes testes singulares, vt cum
Anchor. & Corneo probavit Crauet. ubi supra in de
tractat. & cap. n. 14.

Quarto, quia t. diversitas temporis & loci
11 habetur in consideratione nec reddit testes singu-
lares, quando locus aut tempus non sunt de sub-
stantia, vt cum pluribus tener Aymon Crauet.
ibidem num. 17. & dict. confil. 267. num. 5. ad finem,
& Bossius in pract. crimin. in titulo, de quo possit con-
tra testes, num. 4. secus alias, iuxta gloss. in dict. l.
ob carmen, §. fin. cuius doctrina est communis, secun-
dum Mascardum conclus. 827. num. 10. & se-
quitur Anton. Gabriel. conclus. 2. num. 57. & 58.
lib. 2. de testibus. Ergo idem est, quando agitur de
probatione vnus debiti, & reperiuntur plures tes-
tes deponentes de pluribus & confessionibus fac-
tis diuerso loco & tempore, omnes namque præ-
dictæ confessiones tendunt ad eundem finem, id
est, ad probationem eiusdem debiti: & licet con-
fessiones sint diuersæ, non tamen resultat diuer-
sum aut nouum debitum. Rursus omnes istæ con-
fessiones veniunt atque defendunt ab eadem ori-
gine & causa, id est, ab eodem debito, ergo no-
cere non videtur singularitas circa istas con-
fessiones, tanquam media penueniendi ad vnum fi-
nem. Et in terminis hanc secundam opinionem
principalem tenet Paulus de Castr. conf. 380. n. 2.
ubi item posito, in 1. part. confil. quem corrupte alle-
gans, nempe conf. 300. sequitur Sebastianus de Me-
dic. de regul. iur. regul. 3. n. 21. col. 89. Idem tenet ip-
semet Paulus de Castro, confil. 143. viso processu
& attestacionib. columna fin. in part. confil. & alle-
gat alios plurimos huius opinionis auctores Ay-
mon Crauet. in dict. tractat. & hæc est commu-
nis & receptissima opinio, vt eam sequitur tes-
tatur Ioseph. Ludovic. dict. decif. Pernf. 9. num-
no 15.

Quid tenendum in hac summe difficili & ancipite
questione? Ego profecto omnibus teste pen-
satis & ad amissim (quod auiant) consideratis atque
suminatis, prioriem opinionem verioremi longe
atque iuri magis conformem censeo ex
fundamentis pro ea iactis, que multum astrin-
gunt, atque ad ipsam tenendam conuincunt: &
præterea quid si aliud diceretur, daretur absur-
dum, quod vnus testis de confessione vna extraiudiciali
præsentem parte, & alter testis de alia confessione
huiusmodi factis diuersis loco & tempo-
re, ita probarent, sicut duo testes contestes de
veritate facti. Præterea t. omnes probationes
12 relinquantur

relinquantur arbitrio iudicis, sunt itaque arbitra-
rite, vt in l. 3. §. 1. vers. tu magis scire poteris. ff. de testib.
Paul. Castr. in dict. admonendi, num. 39. & ibi
Curt. Jun. n. 35. cum sequentibus, & est communis
opinio secundum Auent. resp. 31. num. 5. ad fin. &
receptam esse plures allegans testatur D. Anton.
de Padilla in rubric. num. 17. C. de fideicommissis. sequitur
plures allegans Beccius conf. 52. num. 85. & Anton.
Gabriel statim citandus, adde Menoch. de arbitri-
iudic. lib. 2. cent. 1. casu 90. per totum. Negari tamen
non potest, quin non cadat in arbitrium boni vi-
ri, nec illud adimpler huiusmodi probatio duo-
rum testium singularium loco & tempore, dua-
rum confessionum extraiudicialium factarum, præ-
sentem parte: adest enim scrupulus singularita-
13 tis, qui nimum emungit: cum tamen t. illa proba-
tio dicatur sufficiens, quæ iudicem ad credendum
inducit, secundum Socinum & Decium, quos re-
fert & sequitur Beccius d. conf. 52. n. 87. ubi num. 88.
ex plurimis alijs auctoribus, quos citat, inquit,
14 quod t. non debet index applicatæ animam ad
vnam probationis speciem, l. 3. §. eundem quoque,
l. ob carmen, §. fin. ff. de testibus, cap. in præsentia de re-
iur. vbi supra d. n. 212. ubi addit hoc esse tutius: &
sequuntur plures relati per Anton. Gabr. ubi supra d.
n. 20. Quinimo refert in hoc duas communes opi-
niones contrarias Iulius Clar. in pract. crimin.
§. fin. quæst. 53. vers. sed quid si agitur, ubi quod
hanc dicit communem Menchaca in 1. part. de ius-
tament. §. 4. num. 45. Et hæc secunda est verior &
magis communis, vt ex Alexandro refert Mat-
thæus Gribald. in lib. 18. commun. opin. vers. testes
singulares, in 1. tom. commun. opin. pag. 374. in princ. in
prioribus, & loquens in hæresi probanda eam dicit
communem plures referens Mascard. d. concl. 856.
num. 3. cum seqq. & esse magis communem & ve-
riorem ex Menoch. refert Hippolyt. Riminal. d. conf. 7.
n. 26. Eandem negatiuum sententiam sequi
videtur Decian. in tract. crimin. tom. 1. de probat. c. 35.
n. 5. & 6. fol. 267. Sed & in hoc articulo refert plu-
res opinio. conferens quam plurimos auctores
Stephanus Lambertengus de contract. gl. 12. num. 15.
cum pluribus seqq. Ipseque Iul. Clar. ubi supra dis-
tinguit, quod si agitur de probando delicto in
specie ad puniendum aliquem criminaliter, verior
sit hæc secunda opinio, quod scilicet testes sin-
gulares non probent aliquem esse adulterum (vt
contingit in testibus Sufannæ) hæreticum vel vsu-
rarium: & ita dicit semper vidisse seruari, prout
etiam loquendo de hæresi dicit, & late probat
cum pluribus auctoribus contra alios Doctores,
Simanc. de institut. catholic. cap. 64. num. 61. tam in
hæresi, in specie, quam in genere, & tandem n. 69.
inquit, quod contraria opinio periculosa est &
omnino falsa, & ideo plerique iurisperiti confu-
tata, & ab inquisitoribus iam olim iure quam
optimo explosa & eiecta est, & num. 79. cum seqq.
duos casus excipit, quinimo num. 66. & 67. Idem
generaliter probat in cæteris rebus, nempe vt
ad probandum aliquid in genere, non sufficientes
testes singulares, veluti iurisdictionem generalem;
& hanc opinionem primi membri distinctionis
prædicti Iul. Clar. communem testatur Lupus in
allegatione de hæresi. §. 12. prout eum refert Iulius
Clarus ubi supra. Quod t. si agatur de probando
15 delicto in genere, non ad pœnam infigendam, sed
ad alium finem, puta excipiendo de adulterio ad
priuationem dotis vel de alio crimine ad dimi-
nuendam fidem testium: tunc forte procedere
posset prima opinio restringendo eam, iuxta ea,
ubi supra.

Non obstant modo adducta supra secunda opi-
nionem, quoniam ea procedunt, quando testes in
substantia & veritate facti principalis concordant
& tendunt in eundem finem, licet in alijs discre-
pent, vt puta in probando aliquid in genere, sci-
licet hæresin, iurisdictionem, vsuram, possessionem,
& similia: tunc enim etiam si vera foret &
inconculsa prædicta communis sententia, nimum
si testes singulares sufficientes, quia deponunt
de ipsa facti veritate, & tendunt in eundem finem:
at vere in nostra specie testes singulares non de-
ponunt de aliquo actu principali, nec de facti ve-
ritate per se subsistenti, sed tantum de confes-
sione eius, quod præcessit: quod licet videatur in
idem tendere, non tamen ita sufficienter dicitur
probatum, sicut quando testes singulares depo-
nunt de ipsa facti veritate in genere: quapropter
non idem ius in vtroque casu statuendum est, forti-
or enim probatio est, maioreque ratio militat in
primo quam in secundo: præcipue cum etiam in
primo casu, nempe cum agitur t. de probando
16 aliquid in genere, sint plurimi auctores tenentes,
testes singulares nihil probare, quos refert Iaf.
ubi supra d. n. 212. ubi addit hoc esse tutius: &
sequuntur plures relati per Anton. Gabr. ubi supra d.
n. 20. Quinimo refert in hoc duas communes opi-
niones contrarias Iulius Clar. in pract. crimin.
§. fin. quæst. 53. vers. sed quid si agitur, ubi quod
hanc dicit communem Menchaca in 1. part. de ius-
tament. §. 4. num. 45. Et hæc secunda est verior &
magis communis, vt ex Alexandro refert Mat-
thæus Gribald. in lib. 18. commun. opin. vers. testes
singulares, in 1. tom. commun. opin. pag. 374. in princ. in
prioribus, & loquens in hæresi probanda eam dicit
communem plures referens Mascard. d. concl. 856.
num. 3. cum seqq. & esse magis communem & ve-
riorem ex Menoch. refert Hippolyt. Riminal. d. conf. 7.
n. 26. Eandem negatiuum sententiam sequi
videtur Decian. in tract. crimin. tom. 1. de probat. c. 35.
n. 5. & 6. fol. 267. Sed & in hoc articulo refert plu-
res opinio. conferens quam plurimos auctores
Stephanus Lambertengus de contract. gl. 12. num. 15.
cum pluribus seqq. Ipseque Iul. Clar. ubi supra dis-
tinguit, quod si agitur de probando delicto in
specie ad puniendum aliquem criminaliter, verior
sit hæc secunda opinio, quod scilicet testes sin-
gulares non probent aliquem esse adulterum (vt
contingit in testibus Sufannæ) hæreticum vel vsu-
rarium: & ita dicit semper vidisse seruari, prout
etiam loquendo de hæresi dicit, & late probat
cum pluribus auctoribus contra alios Doctores,
Simanc. de institut. catholic. cap. 64. num. 61. tam in
hæresi, in specie, quam in genere, & tandem n. 69.
inquit, quod contraria opinio periculosa est &
omnino falsa, & ideo plerique iurisperiti confu-
tata, & ab inquisitoribus iam olim iure quam
optimo explosa & eiecta est, & num. 79. cum seqq.
duos casus excipit, quinimo num. 66. & 67. Idem
generaliter probat in cæteris rebus, nempe vt
ad probandum aliquid in genere, non sufficientes
testes singulares, veluti iurisdictionem generalem;
& hanc opinionem primi membri distinctionis
prædicti Iul. Clar. communem testatur Lupus in
allegatione de hæresi. §. 12. prout eum refert Iulius
Clarus ubi supra. Quod t. si agatur de probando
17 delicto in genere, non ad pœnam infigendam, sed
ad alium finem, puta excipiendo de adulterio ad
priuationem dotis vel de alio crimine ad dimi-
nuendam fidem testium: tunc forte procedere
posset prima opinio restringendo eam, iuxta ea,
ubi supra.